

EMPLASTRA.

EMPLASTRUM ex AMMONIACO

cum

MERCURIO.

- ℞. Gummi ammoniaci colati ꝑ. libram unam.
 Argenti vivi ꝑ. uncias tres.
 Balsami sulphuris simplicis ꝑ. drachmam unam.

ARGENTUM vivum cum balsamo sulphuris tere, donec omnino apparere desinat; deinde adde paulatim ammoniacum liquefactum, paulò antequam refrixerit, et accuratè misceantur.

EMPLASTRUM ATTRAHENS.

- ℞. Resinæ flavæ,
 Cera flavæ, singulorum ꝑ. libras tres,
 Servi ovilli curati ꝑ. libram unam.

LIQUESCANT simul, et, dum massa fluida est, colectur.

EMPLASTRUM CEPHALICUM,

- ℞. Picis Burgundicæ ꝑ. libras duas,
 Labdani mollis ꝑ. libram unam,
 Resinæ flavæ,
 Cera flavæ, singulorum ꝑ. uncias quatuor.

Olei

Olei expressi, macis dicti, ꝑ. unciam unam.

PICI, resinæ, & ceræ simul liquatis adde
primùm labdanum, deinde oleum macis.

EMPLASTRUM COMMUNE.

℞. Olei olivarum congiūm unum,

Lithargyri subtilissimè triti ꝑ. libras quinque.

COQUE leni igne cum aquæ mensurâ libra-
rum circiter duarum, perpetuò movens, donec
oleum & lithargyrus coëant, emplastrique cras-
situdinem habeant. Oportebit autem aquam
recentem, sed priùs calefactam, addere, si quæ
in principio adhibita fuerit, ante finem coctio-
nis absumatur.

EMPLASTRUM COMMUNE

adhæsivum.

℞. Emplastri communis ꝑ. libras tres,

Resinæ flavæ ꝑ. libram dimidiam.

EMPLASTRO communi lenissimo igne li-
quato, resinam in pulverem redactam, ut cito
liquefcat, injice, & probè misce.

ALITER.

OLEO & lithargyro simul coctis addatur te-
sina, paulò antequam emplastri crassitudinem
acquirant; deinde continuetur coctio, donec
emplastrum confectum sit.

EMPLASTRUM COMMUNE

cūm

GUMMI

℞. Emplastri communis ꝑ. libras tres;

H

Galbani

Galbani colati ꝑ. uncias octo,
Terebinthinæ communis,
Thuris, singulorum ꝑ. uncias tres.

GALBANO leni igne cum terebinthinâ liquato insperge thus in pulverem redactum; deinde emplastrum commune lenissimo igne liquidatum his paulatim immisce.

A L I T E R.

LOCO emplastri communis confecti adhibeatur oleum cum lithargyro coctum. simul ac primùm coëant, necdum in emplastri spissitudinem cocta sint.

EMPLASTRUM COMMUNE

cum

MERCURIO.

ꝑ. Emplastri communis ꝑ. libram unam,
Argenti vivi ꝑ. uncias tres,
Balsami sulphuris simplicis ꝑ. drachmam unam.

COMPONENDUM est eodem modo, ac emplastrum ex ammoniaco cum mercurio.

EMPLASTRUM e CYMINO.

ꝑ. Picis Burgundicæ ꝑ. libras tres,
Ceræ flavæ,
Seminum cýmini,
carui.
Baccarum lauri, singulorum ꝑ. uncias tres.

PICI cum cerâ liquefactâ insperge, & bene misce cætera in pulverem trita.

EM-

EMPLASTRUM e MINIO.

℞. Olei olivarum M. libras quatuor,
Minii subtilissimè triti P. libras duas cum di-
midia.

PARANDUM est eodem modo, quo em-
plastrum commune; sed plus aquæ requiritur,
& majori cautione opus est, ne adustione ni-
grescat.

EMPLASTRUM e MUCILAGINIBUS.

℞. Cerae flavae P. uncias quadraginta,
Olei mucilaginum M. uncias octo,
Gummi ammoniaci colati P. libram dimidiam,
Terebinthinæ communis P. uncias duas.

GUMMI ammoniaco cum terebinthinâ li-
quato oleum cum cerâ in alio vase liquefactum
paulatim adde.

EMPLASTRUM ROBORANS.

℞. Emplastri communis P. libras duas,
Thuris P. libram dimidiam,
Sanguinis draconis P. uncias tres.

EMPLASTRO communi liquefacto addan-
tur cætera in pulverem redacta.

EMPLASTRUM e SAPONE.

℞. Emplastri communis P. libras tres,
Saponis duri P. libram dimidiam.

EMPLASTRO communi liquefacto saponem
admisce, ad emplastri crassitudinem coque, &
diligenter cave, ne nimis frigescat, antequam
in magdalidas formetur.

EMPLASTRUM STOMACHICUM.

℞. Labdani mollis ꝑ. uncias tres.

Thuris ꝑ. unciam unam,

Cinnamomi,

Olei expressi, macis dicti, singulorum ꝑ. unciam dimidiam,

Olei menthæ essentialis ꝑ. drachmam unam.

THURI liquefacto adde primum labdanum calore emoliturum, deinde oleum macis; postea cinnamomo cum oleo menthæ immisceantur, & in mortario repido simul contundantur in massam vase bene clauso asservendam.

EMPLASTRUM VESICATORIUM.

℞. Emplastri attrahentis ꝑ. libras duas,

Cantharidum ꝑ. libram unam,

Aceti M. libram dimidiam.

EMPLASTO liquato, paulo antequam indurescat, insperge & immisce cantharides in pulverem subtilissimum redactas; deinde adde acetum, & bene subige.

UNGUENTA,

et

LINIMENTA.

UNGUENTUM SIMPLEX.

℞. Axungie porcine curate ꝑ. libras duas,

Aque